



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LV. Sitne poßibile quid vltra præcepta seruare?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

nicatriciæ Babylonica. Nam fictum hoc nouumque est; S. Patres de veris Virginitatibus interpretantur. Exempla, Patres, Rationes, vide in *Bell. l. 2. c. 10. 11. 12.*

QVÆSTIO LV.

Sine possibile quid ultra Præcepta seruari?

LVTHERO-CALVINISTÆ pernegant quæstione præcedente argumentis quatuor. Quibus addunt ista:

5. MARTYR. Dominus iubet se diligere ex toto corde, &c. unde nil superest non debitum. August. lib. 1. d. 8. Ch. ist. *Cum ait, toto corde, nullam vitam nostram partem relinquit, que vacare debeat.* 6. Præceptum dilectionis, & illud *Non concupisces*; in hac vita impleri non potest. Ita Patres. 7. Nolle Deum plus amare, si plus possis, peccatum est: ergo nil potest super adde. e. quod non debeas.

AVTOR. Possibile est & meritorem, satisfacere præceptis, pro humana fragilitate, ex gratia; & tamen etiam Consilia supererogatoriè obseruare. 1. Patet ex supra allegatis. 2. Exemplis primitiue Ecclesiæ: *Act. 4.* Omnia in commune donantium; Continentiam colentium, vt *Act. 21.* quatuor filia Philippi; quod vt magnum quid refertur. *Philo libr. de vita contemplatiua.* Iustinus in *Apologia 2.* Tertullianus in *Apologetico c. 9.* produnt de plurimis Continentibus. 3. Ratio: Omnis res ac natura duo habet: necessarium ad esse, & necessarium ad bene esse. Vt homo, quod conser membris, est ad esse: quod speciosus sit, robustus, &c. ad bene esse est. Sic Perfectio necessaria est ad esse Saluari obseruatione præceptorum: Ad bene esse, gloriosius beari per Consilia obseruata,

DICO AD I. Lex Dei est difficilis ex se: medium enim tangere, arduum: Facilis, habenti gratiam & charitatem. 1. Ioan. 5. *Mandata eius graua non sunt.* Matth. 11. *Iugum meum suauis est.*

AD II. Decet; quia tendimus ad perfectionem viatores; & hoc satis hic Deo, nobisque est. Ideo Dominus respondentem iuuenem, se mandata seruasse, dilexit vt veracem, non vt mendacem. Nec isti perfectioni officit repugnantia concupiscentiæ; dummodo sint motus eius inuoluntarii. Hinc *ama Deum, & time: Cum omnia fecisti, dico, seruus inutilis sum.*

AD III. Dicitur: *Cum feceritis Hac omnia, que præcepta sunt vobis &c.* Vnde *Ambr. l. de Viduis.* *Hoc vt ego non dico: non ille, qui omnia vendidit, sed quasi reposita expectat premia. &c. quasi seruus vilis. &c.* vult tamen tales se humiliare, velut inutiles.

AD IV. Ita dicimus ob peccata venialia, in quibus *iustus in die septies cadit.*

AD V. Illud, *ex toto*: significat diligendum Deum appetitiuè, nil ei præferendo vel æquando: Quod seruari potest; plusque, minusque diligi: Nam diligit ille plus, qui etiam à licitis abstinet &c. Vide *Bell. c. 13.*

AD VI. Præceptum dilectionis potest impleri appetitiuè diligendo: Etiam hoc *Non concupisces*, scil. voluntario appetitu.

AD VII. Est peccatum, si nolis ex contemptu, vel acedia, vel superbia; vel le tamen plus diligere, quàm diligas, etiam à licitis abstinendo, hoc licet; & fieri potest; & meritorem est.

Ec 2 Quæ-